

S. G. P.

Nobilissime Domine,



x tandem de me
v statuere vellent,

A Burdovencibus, qui me ad professionem
Juris in Urbe sua obeundam, invitarent,
deliberandi spacium et cognoscendi quidnam
hic Coss: quibus quodammodo obstrictus
videbar, impetraveram, jamq; ad eos
rem retuleram, cum D. Vogelarius noster
me mandato tuo super negotio, quod feci,
exploraret. D.D. Coss: alius rebus
intenti, quamvis quotidiana compellatione
ipsos urserim, heri demum sub vesperam
mibi postremam animi sui sententiam
exposuerunt. Licet vero stipendium

non

Hug. 37.

non nimis plausible mihi decreverint,
tamen ut istud hac vice acceptem et
adhuc aliquandiu pedem hic figam profens
rerum mearum status exigit.

Favorem, quo me fratrem meum
immercens dignari, gratissimo semper
animo prosequemur, quem officis nostris
quam creberrime atq; evidentissime ut
tibi testatum et compertum facere
possimus, non tralatitium nobis votum est.
Quod haud citius tibi mentem meam
significaverim, id, pro equitate tua, non
mea negligentia, aut remissioni erga Te
studio, sed horum Coss: cunctationi, quam
et

et jam ante D. Vogelarium noster rogatus
meo per literas tibi explicavit, ut tribuas
utq; huic homini, qui quod benevolentia
tua fruatur inter prima felicitatis
suae argumenta reputat, bene velle
pergas, quam officiosissime contendo,

Nobilissime Domine,

Tui

Raptem Amstelodami
5^{to} Jouis Aprilis
A. C. 1646
St. Gregor.

Observantissi-
mus
Alb. Rusius

Nobilissimo Viro,
Dno Constantino,
Eugenio, Equiti, Sulecensis
et Seebemi Domini,
Celsissimo Aunacorum
Principi a consiliis et
secretis. Hagam

